

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von August John an August Hermann Francke.

John, August

Berlin, 15.11.1721

Franckesche Stiftungen zu Halle

Shelf Mark: AFSt/H C 209 : 50

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-238272

VIR summe Reverende, 50
 Parens atque Praceptor ex animo
 colende,

Pergrata mihi litera tuae venerunt, quas val-
 de desideraveram. Equid enim malle debeo, quam
 ut de viis, quibus Dominus me ducit, certus red-
 dar. Illud ipsum autem, quod mones, Dominus
 meus rem quantocypus significandam esse, ne mo-
 ram vitio vert^{at}~~eret~~, mihi quoque invideras. Itaque
 iam die Lunae rem proposui. Nihil autem re-
 gerebat, cum ipsi exponerem, quid egissem. Vide-
 batur annuere, me aliter non potuisse. Postea
 vero tenebriofior fuit, et colloquium meum e-
 vitavit. Quam vellem, ut praesenti mihi rei
 circumstantias magis exponere liceret, ad ani-
 mum meum et consilandum et confirmandum.
 Sed videbo, quid quantumque literis hijsce meis
 comprehendi possit. Quod ad institutionis meae
 fructum attinet, fateor, esse aures tuas, VIR summe
 Reverende, querelis implere dubitavi, me tamen
 ad-

admodum fuisse sarcophagorum. Proh dolor! alumno
adhuc tenero tantum libertatis iam olim conces-
sum est, ut corruptissimae eius conditioni vix obvi-
am ~~obven~~^{iri} possit. Adeo inveteratum malum
grave est. Hunc fontem miseriae nostrae liqui-
do illis, saepe iuvitis ac dolentibus, ob oculos po-
sui. Sentimus, fateor; sed non ita sentimus, ut
coram deo sentire, malumque magni momenti exi-
stimare par sit. Equidem tolerando et feren-
do ipsam miseriam, saepe mihi hypocrita videor:
sed cum acriora tento, contrarios effectus pro-
voco. Credit Domina, se mihi magnam opem fer-
re, et certe fert opem, sed quae non sufficit.
Gratum quidem me esse profiteor, cum aliquid pro
me molitur: sed quid mihi sperandum inde uti-
litatis, si hoc non sufficit, sed malitia seunior est,
quam ut facile frangi queat. Pertasile mihi est,
v. c. cum sine reverentia numinis sacris intercess
exercitationibus, illum ad poenam vocare, opendere,
me laborem tam diu mittere, donec ad matrem
rem detulerim. Tum certe ita affligitur, ut mise-
ricordiam non movere mihi non possit. Suos tum
in

me oculos intentos habet. Ubi primum animadvertit
me de severitate vel tantillum remittere velle,
talis esse demum incipit, qualis fuit, querulus, con-
tradicens, irascens, mentiens, ac talis qui ne nosse qui-
dem videtur, quid hoc sit, scire esse. Interhac in-
primis irreverentia circa sacra me frangit. Est
vix quidam Kety, quem magni aestimo. Is exipit,
hic tamen fortius mihi percrumpendum esse. Sed
cum rem propius intueor, vel ferendum est cum
nausea, quicquid mutari non potest, vel ita perfi-
scentum, ut vel munus ipsum abiciam. Nam irri-
tare Dominam perfacile possum, sed perperam hoc
faciendo, et ipsam exacerbo, et puerum duriores
reddo, qui probe novit, animam gaudiumque omne
suorum ab ipso suspensum esse. Scit, se lacrymis
me vincere posse, ut iubeat illi ignoscere. Ita
saepe circumactus sum, ut nisi vidissem, me cum
detrimento bonae causae aliorum hoc facere non pos-
se, et certe aliquem alium esse necessario debere,
qui mihi succedat^{at}, liberrime ipsis professus
fuissem, me sem abieciisse. Accidit inter alia
nuper, cum Dominus a tibi esset aliquamdiu a-
gen-

gendum, ut in avio hypocauftum irrumperes, et cum impetu aliquid ab ea flagitares, cumque virgo nobilis, quae praesens erat, moneres, ne imbecillum aviam ~~de~~ turbares tantopere, in collum eius virginis iracundus invaderes, eamque verberares. Atque hoc factum erat ea ipsa vespere, cum huius pomeridianis ipsum, praesente matre, accusassem, quod alapis eandem affecisset. Cum ob eiusmodi res a me castigatur, saltem cum propriis eius voluntati acius obnoxius, facile accidit, ut vultus eius aliquid morbidum praeseferat. Et haec res languescere sola potest animum matris, variisque in suspiciones conicere. Nisi quod consilia exoptavi a viris quibusdam R. de cetero acerbitates meas solus taciturne tuli, et vix ausus sum animum attollere ad expectationem et representationem longioris morae, in tanta rerum difficultate. Agnosco, illi frenum a me injectum esse, quod antea nunquam noveras: ipse sibi videtur imperanti mihi multum tribuere. Sed ne hoc quidem quatuorvisque poterunt subsistere, nisi Deus improvisa aliqua ope rem adjuverit. Ita fractum me, fateor, Deo saepe supplicasse, ut,

Si ipse me his curis imparem iudicaret, benigne
exsolveret; sin autem videret, praesentiam laboreꝝ
meos alumnis necessarios esse, me nihil eorum,
quod porro etiam ferenda essent, refugere. Confir-
maret modo ipse animum, et de novo instrueret!
Ita de die in diem me sustentavi, id unum
recordationi tot scandalorum opponens, ut sic me-
cum quasi loquerer: Si tu detrectas ista ferre,
et officio fungi pertinaciter recusas, an igitur a-
lius non eris in locum ~~tuo~~ tuum vocandus. Ille
alius autem tuus in loco versans, si quidem seruo
utilitati huius familiae servit, annon eadem ferre
eadem frustra monere, iisdem difficultatibus con-
flictari debet, si quidem a primo patim mo-
mento voluit officium aequae, ac tu, detrectare. Sin
autem necesse est, aut omnes, qui sincera mente
hanc conditionem ingrediuntur, eam detrectare, aut
illos, qui vocantur, ferendo, corrigendo et patienter
exerceri, quidni in ~~te~~ te ipsum aequae, ac alium,
hoc onus incumbere debet. Ita quasi unius
vixit hactenus tui difficultates, in quas me deus
con-

concluseras. Dominae autem in animo fuit, ne aliquot annos ~~ad~~ etiam ulterius adhibere. Quod Domino soli, permisi, eidemque adhuc in solidum permitto. Faciat ille ea quae ei visum fuerit. De re autem Mulhufina, fateor, animum meum nihil tuum, cum literas acciperem, habuisse, quod contradiceret, tantoque magis, quod Mulhufini vereri sentiebantur, ne munus aspernarer, tanquam conscius, mihi ampliore spartam convenire: (Hac autem a mente, rogo deum, ut me avertat.) itaque ter in literis provocabar, ut proximo cursui publicae responsionem meam traderem, si fieri, ~~valde~~ i. e. Senatus, ~~valde~~ ~~cris~~, ~~coram~~ ~~pro~~ ~~curiam~~. Hae literas Dn. Consil. Borst. praelegi, cuiusque suase binas literas supplices exaravi, alteras ad Consistorium, alteras ad Seniores, qui e. tribus candidatis unum eligere solent. Ad hoc enim provocabat Dn. Sup. Lungenhufius, et Dn. Consil. Borst. interroganti, an hoc facere deberem, respondebat; quidni. Ita enim promovere fieri debere. Haec publica sunt, quae mihi. Ad Praefidem autem Consistorii, et Dominum Super. Lungenhufium, qui ambo admodum gaudere ~~scri~~beantur, occasionem sibi iam patere de me cogitandi, ita scripti, ut ostenderem, mihi solum id curae esse, ut divina voluntas perficiatur. Itaque

si etiam res ad nihilum reidat, me tamen cum
amoris et grati animi sensu hanc benevolentiam
ipsorum magnificare. Aperte scripsi, multum in-
teresse, quomodo alumnus mihi commissus. Educetur
operamque meam ulterius desiderari, et Dominam
agere laturam discesum meum, ne deesse hic mi-
hi solum promotionis, ut vocant. Nec tamen potui
civitati patriam me non promptum et paratum offer-
re, aut non agnoscere amorem, quo me neicien-
tem Praeses Confessorii ^{et super} complecti scribitur. Rogavi
autem, si res perficiatur, ut tempus aliquod
inter Vocationem ipsam et discesum meum in-
tercedere sinant. Cavi mihi, ne vel Praefidem
vel Dr. J. Lungenroth. rogarem, ut ~~meum~~ de me
vocando laborarent, sed optem tantum, quam
gratias hoc agnoscam ^{quod mihi deservit} quamque hoc in solium
Deo vocanti permittam. Adici, mihi non de
muneris magnitudine, sed de vocationis qualitate
rem curae esse. Ad affinem autem scripsi, me
ex animo rogare, ne quis apud quenguam de me
commendando aliquid dicat ac motiatur, ne mihi
scrupuli excitentur, qui de divina voluntate
certior reddi solum exceptem. Hic rei status
est.

ep. Logo autem, ut, siue quid hac in re peccavi,
siue quid recte feci, aperte mihi scribas, VRR sum-
me Reverende, ut vel animus meus erigatur
et exultaretur, vel se ipsum magis nosse inci-
piat, Deoque tanto magis suppliciter vias suas
commendet! Utrumque mihi non poterit non
esse salutare. Quandoquidem scribentibus ad me
Mullusini nihil ex transverso obici, sed me obsecu-
torem professus sum, absit a me, ut vel tantillum
porro moveam. Quiesco potius ero, deumque rogabo,
ut, nisi ab ipso est hoc consilium, impediatur. Deus
providebit, non ut ego volo, sed ut ipse. Id benignis-
sime faciat, neque sinat animum meum a con-
silio suo, rectique conscientia aberrare. Si Domina digne
hoc fert, tolerabilius est, ferre, quod nunc incidunt, quam
alia quae tam difficili in loco mihi possunt acci-
dere graviora. Rescribas mihi quae prope diem, VRR
summe Reverende: id enim multum faciet ad me cum
docendum, tum erigendum. De URA causa amici non-
nulli varia cogitant: quorum sermones cum audirem,
invidit locus Fupini Lib. XXI. Cap. VI. Sed difficile est absenti-
bus de re non cognita quicquam indicare. Adsit URA,
VRR summe Reverende, Eddardewoor numen, servetque de
incolumem. Equidem sum

Uue
omni cultu et obsequio
Augustus Johs.